



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Specvlvm || Vitae aulicae**

**Schopper, Hartmann**

**Francof. Ad Moen., 1584**

**VD16 R 1015**

Capvt VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

Quumvis id v̄rbes perderet,  
Aut ciuium concordiam:  
Et omnium Respublicas:  
Tantum meam si consequor  
Partem belomnes video.

CAPVT VI.

ARGUMENTVM.

Charta per hirsutum vulpi transmittitur v̄r-  
seria que Regis iussa Leonis habet. (sum,  
Suscipio nchodie sic res plerunq; gerendas,  
Qui tumidi veræ mil ratiōnēs habent.



R Egale sceptrum concuit  
Rex E Brunonem suocūnsi:  
ō Chare serue clamitat,  
Perfer tabellas regias  
Ad hostis arcem Reinikes,  
Prudenter atq; sobrie  
Subibit hanc prouinciam:

Rex Ursu  
abiebat

C 6 Impo.

40 DE ASTV T. VVL.

Impostor ille callidus,  
Molitur omnes machinas,  
Et sapè fallit inscios.

Post verba Regis mox Bruno  
Vocem sonorus extulit.  
Obtestor omnes cælites,  
Tuamq; rex potentiam:  
Quod opto tellus & mihi  
Dehiscat antè perditio,  
Quām me sinam per Reiniken  
Tam fraudulenter decipi.

II.

Capeſſit ergo protinus,  
Iterq; longum conficit  
Per densiluſtra, per nemus,  
Et montium cacumina:  
Cum venit alterodie,  
Conſpexit arcem ſplendidam,  
In qualatebat Reinike.  
Audacter ipſe iannam  
Impellit, & repagula,  
Climatq; nunquid Reinike  
Præſens in arce vicitas?

En nunciū ster maximo  
De rege missus adfero  
Perutiles Epistolæ.  
Iurauit ille per Deos  
Si Regis ad Palatia,  
Non aduolabis illico,  
Et me ſequere nuncium,  
Pœnas ſubibis aſperas.  
Tormentanam grauiſſimam  
Minatur & crucem tibi.

Hac

Hac audiebat Reinike,  
 In arce tutus permanens,  
 Voluebat imo pectore,  
 Quo nempe pacto debitam  
 Haberet vrsogratiam.  
 Non ille me grauissimis  
 Rumoribus momorderit.  
 Sic absq; causanuncius,  
 Inquit, potenter obserans  
 Vallata propugnacula,  
 Hiatibus squalentia,  
 Et plena fossis maximis.  
 In hac latebat Reinike,  
 Si quando pradam fecerat,  
 Vel omnium tutissimus.  
 Has sapè fallacissimas,  
 Intravit ades ocyus  
 Qua nesciebat bestia.  
 At quando vellit anxious  
 Referre gressus, occidit.  
 Nec hanc domum recurrere  
 Est passus vngquam Reinike:  
 Sed deuoravit integrum.

Descriptio  
arcis Rei-  
nikes.

D V O H O C E X C A P I T E  
 diligenter obseruari debent.

**Q**UOD tardioris naturæ & hebetioris in-  
 genij homines, qui nullarum rerum ex-  
 perientiam aut usum habent, se arduis sapè  
 negotiis intrudunt, & molestiis importunis  
 implicant, vnde se extricare cùm volunt, in

C 7 luto

42 D E A S T V T. V V L P.

Iuto omnino hesitant, aut altero pede euulsa,  
altero altius immerguntur. Idcirco facilimè  
ab acutioribus vsu & perspicacioribus natu-  
ra hominibus decipiuntur: & in grauissima  
sæpè coniiciuntur pericula. Sicut crasso, rigi-  
do, atque insulso vrso hic Vulpes imponit a-  
stutissima.

Geor. Sab.

*Arcuata rudibus ne quid committat asellis,  
Quib[us] benè curatas res volet effossas.*

Monemur hic, ne quis temerè se muneri  
cuiquam immisceat, aut negotium sua sponte  
susceptum expedire cogitet, nisi prius vires  
suas explorauerit, & se idoneum esse cognou-  
erit. Is enim qui se difficilibus & minimè  
decetibus occupationibus implicat, licet bo-  
nae & honestæ sint, tamen absq; incommodo  
se expedire ab illis non poterit, quod idem hic  
in temerario vrso videre licet. Quare nemo in-  
consideratè ad periculofam conditionem vo-  
cari, aut temeritate quadā ad res arduas con-  
ficiendas se transmitti patiatur.

C A P V T V I I .

A R G V M E N T V M .

*Collida solerti meditatur pectore Gulpes,  
Excipit et missum qua ratione Ducem.  
Hec mihi quo numerant hac ferrea secula  
Gulpes,  
Qui grane mellito virus ab ore somunt.*

**B**runonis Et perceperat  
Acerba Verbis Reinike:  
Non credulum se prabuit,

Dones